Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De vita Francisci Xaverii, qui primus e Societate Jesu in Indiam & Japoniam Evangelium invexit - Cod. Ettenheim-Münster 188

Torsellini, Orazio

[S.l.], nach 1607

Caput II.

urn:nbn:de:bsz:31-115990

Visual Library

stiana tamen, ob Christianorum mysteriorum
inscitiam, Ethnicis Saracenisque superstitionib.
capta tenebantur: et liberi parentibus similes
evadebant nequiores. Hic rerum status erat in
India, cum eo Franciscus venit. Quin mihi vide-
re aliquando, si quid animi hoc expetiverat, in
Indiam pervenisse, rebus hisce cognitis, prae me-
rendum tot ac tantis malis curâ incendit,
et quod in illo ardore animi proximum est, cau-
tius, quàm audacius admovit manum.

Conciliato Episcopo in India [illegible]
[illegible] instituit.

Cap. 11.

Non erat ignarus, inter Episcopos, et alios
curatores Ecclesiasticos, si utrique summo jure
agant, nec de suo remittant jure, facilè contro-
versias et contentiones oriri, non minore
damno, quàm offensione populorum. Omnium
igitur primùm omnes contentionum materiam
e medio removendas ratus, ut provideret bona
2. Corinth. 8 non solum coram Deo, sed etiam coram omnibus
hominibus. Episcopum sibi omni ratione de-
mereri statuit. Ergo Deo et Archangelo Indiae
praeside, ut ejus institutum ferebat, innocentes,
Episcopum adit; eique remiter simul ac reveren-
ter salutato demonstrat se Pauli III. Pont.
Maximi et Joannis Tertij Lusitaniae Regis mis-
su venisse in Indiam ut Ethnicos ad Christi
fidem adduceret, Neophytos ac Lusitanos ad
Christianam erudiret pietatem. Caeterum parere
magis quàm imperare assuetus, alieno ubi-
que uti malle quàm suo. Proinde se in Epi-
scopi Indici potestate futurum, nihilque facturum
praeter

prorsus, nisi ex ipsius sententia ac voluntate. Tum Pontificias, Regiasque literas prolatas, Apostolicæ suæ legationis testibus, ad eius pedes provolutus, ac omnia se illi tradere ait, ne secus uteretur quam Episcopo visum foret. Non facile alias ma- gis apparuit, quam ibi, animos conciliet uera demissio. Albuquerius tantam talis viri demis- sionem modestiamque admiratus summa facilitati demittenti se, pari facilitate respondit. Nam eum ad pedes iacentem comiter allevat, eidemque diploma ac litteras reddit, gratum sibi futurum confirmans, si Apostolicus Legatus datâ auctoritate ad Ponti- ficis Regisque uteretur arbitrium. Neque enim fuit dubitandum, quin ita usurus esset, ut talium virorum eius judicia comprobaret. Ex eo tem- pore inter Episcopum et Xaverium obsequio observantiaque adeo certatum est, ut inuicem sua consilia amicissime communicarent. Franci- scus ergo tantum sibi in Christianâ re iuvanda adiutorem Episcopum fore, laetus Goæ, volun- tatis instituti sui, summâ vi agere coepit. Extemplo sedem in valetudinario regio instituit. Ubi aegrotis consolandis graviter affectis omni ope incubuit: confor- tari nunc singulos, nunc universos: confes- sionis et Eucharistiae sacramentis expiare nu- mquam destitit, quam morum mutatio fuit inde fuis- set melioris. Praecipuus labor erat, gravius la- borantibus subvenire, quibus non interdiu solum, sed etiam noctu praesto erat, omnibus eius benignitatem amoremque in aegrotos plus quam paternum mirantibus. Quippe Francisci lectus esse dicebatur ad pedes eius, qui gravius inter omnes morbo esset implicitus, ibi- que in xenodochio suo pernoctabat, ut omnibus si quid

Goanū Episcopū summa demissione sibi conciliat.

Francisci lectus apud periculosissime aegrotantes.

si quid gravius incidisset, periculo ingruenti celeritas obviam iret. Inter quae nihilo et minor cura paupertatis tuendae, quam navandae benignitatis fuit.

Studium paupertatis in vestitu.

Xaverij vestimenta erant ea, quibus e Lusitania indutus venerat, multum haud sane a vilioribus indigentiusque Lusitanorum Sacerdotum abhorrentia. Caeterum veritus ne dispar vestitus abalienaret a se animos Indorum, statuit ab Sacerdotibus, qui ibi degebant, non differre vestitu. Itaque satis gnarus, Societati JESU vestis habitum certum ac proprium nullum esse, sed communem Sacerdotum eius loci, ubi versatur; Valetudinarij custodes facile exorat pro familiaritate, ut tunicam sibi plebejam compararet, quali pauperes indigenae Sacerdotes vulgo uti solerent. Sed ille non tam postulati quam decori memor, pro Francisci dignitate atque auctoritate, defert ei ex undulata veste confectam togam, liberali facto liberaliorem addit orationem: talem sibi Sacerdotum vestitum esse, propter maximos Indiae calores: vestis genus, etsi undulatum sit, rude tamen esse, plebejumque. At Xaverius illas vestimentorum delicias aversatus, Tum tu igitur, inquit, istas undulatas togas cuipiam istorum, quos dicis, Sacerdotum, si voles, dabis, mihi si videbitur, cum-binam curabis nigram. Quippe hominem, qui paupertatem voverit, ea vestis decet, quae et indicium sit et monumentum paupertatis. Huius ille responsi veritate victus, talarem ei tunicam cannabinam, qualem requirebat, conficiendam protinus curat.

Tunica cannabina utitur, sine toga et pallio

Ea deinde Franciscus, illorum Sacerdotum ritu est usus sine zona et pallio, malens de vestitu quam de paupertate detrahere. In

eo autem

eo autem non magis moderatus erat, quam
compuntio. Eundem deinceps repositum in India
perpetuo usurpavit. Et nunc ejus auctoritas a-
pud Socios, qui ibi a Francisci instituto talem ha-
bitum tenere. Caeterum hodie Lusitanorum mo-
rem complures iam peregrini Sacerdotes in
India sequuntur, & Jona ... & pollio. Porro Calceos lace-
cum Xaverium Praefectus deteritos ac laceros ros ac defor-
Francisci calceos, et simul soleis carentes tamen mes mutare
assutis deformes notaret, ei novos attulit. At novis recusat
ille, ut erat ubique sui similis, nullis precibus
perpelli potuit, ut veteres calceos mutaret novis,
quos illos satis adhuc utiles esse dictitans: adeo
tenax erat paupertatis. Agebat tum Xaverius
annum circiter quintum et quadragesimum, quo
aetas fere consilio magis quam viribus pollet.
Verum ille virtute erectus, nulli cedebat labori. Etsi
enim per idem tempus aegrorum sublevandorum prae-
cipua erat cura: neutiquam tamen valentibus dee-
rat, quos gravior sive animorum, seu corporum casus
urgeret. Post operas aegris impensas datas, mane
advenientibus confitendi gratia faciles aures dabat:
saepe a primoribus civitatis ob eandem causam
evocabatur. Et erat tanta confiteri cupientium
multitudo, ut ne decima quidem eorum parti eius
mia Xaverii sedulitas sufficeret. Post meridiem Vinctos corro-
fere vinctos in custodiis publicis corrogata iu- gata stipe iuvat.
vabat stipe: traditaque eis recte confitendi
ratione, plurimos totius anteactae vitae confessio-
nes audivit. Nec nihil Xaverii apud alios
valuit exemplum. Praetor ipse Goae semel in heb-
domada, et aegros benigne invisere, et vinctos,
causis eorum cognoscendis, expediendisque solari
instituit: idque solemne habuit quamdiu in India
fuit. Dominicis porro diebus Xaverius leprosos
quorum Nosocomium est in suburbano civium iuvabat. Leprosis mini-
strat

cis cum caeteris in rebus ministrare, tum verò post exceptas confessiones, Christi corpus impertiri. Nec quisquam Lusitanus fuit, qui non illo auctore sacrorum mysteriorum particeps fieret. Ubi satis operae agiis navasse visus est, in aedes S. B. Mariae valetudinario proximam, demigravit, volentibus

Concionatur.

quoque quam lubens. Ibi Dominicis ac festis diebus mane concionem habebat ad Lusitanos, à prandio insignioris Symboli capita cum summa cura explicabat, majore hominum frequentia, quam pro aedis, ubi docebat, modo. Inde inimicos ad pacem,

Privata colloquia.

dissidentes ad concordiam reducebat. Nec quicquam in privatis colloquijs inexpertum omisit, quod ad sanandos eorum animos pertineret. Illo Lusitanos sermonis affabilitate captos comiter de ipsorum vitijs admonuit; illo nunc mortis, nunc gehennae terrore perditos homines à flagitijs revocavit. Quos ut primum permotos esse sensit, modò ad expiationem noxarum, modò ad vitae emendationem rogando

Fructus sermonum.

alternis, suadendoque, pellicere instituit. Satis constat plerosque ita affectos atque animatos, ut à confessione novam vitae rationem instituerint, pollicitionis operibus, et male parta pecunia restituta.

Pellices miro artificio nuptijs iungit, aut detrahit. Pueros, rudesque Catechismo instruit.

Caput III

Caeterum haud paulò plus in pellicibus, quàm in alienis pecunijs laboris atque operae fuit. Illa tempestate Lusitani Goae ob Lusitanarum mulierum inopiam, alienigenarum erant amoribus implicati. Plerique Sionia, aut Peguana, nonnulli et Japonia Sinensia. Quippe hae Indis foeminis specie corporis, et decore habitus, longè praestant.

Eas formae